



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De illis qui in matrimonio sunt & concumbere non possunt. xl.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

De eadem re. Cap. XXXIX.

Si autem necdum eas quas rapuerant cum voluntate parentum sub præfato desponsionis, vel dotalicii nomine in coniugium sumptas habent, quando in omnium aures hæc fuerit constitutio promulgata, ab earum coniunctione separentur, & publicæ pœnitentiæ subigantur. Raptæ autem parentibus legaliter restituantur. Post actam verò publicam pœnitentiam, si ætas & incontinētia exegerit, legitimo & ex vtrisque partibus placito coniugio societur. Nam in his non regulam constituimus, sed vt verbis Magni Leonis vtamus, quid sit tolerabilius æstimamus. Quòd si vnus ex coniugatis obierit, is qui publicam pœnitentiam egerit, & superstes extiterit, iterare coniugium non præsumat, nisi fortè episcopus præuiderit aliquam concedere indulgentiam, vt grauiorem possit amouere offensam.

Ex cõcil.
Meldesi,
cap. 65.

De his qui in matrimonio iuncti sunt, & concumbere non possunt. Cap. XL.

Quod autem interrogasti de his qui matrimonio iuncti sunt, & nubere non possunt, si ille aliam, vel illa alium ducere possit, quibus scriptum est: Vir & mulier si se coniunxerint, & postea dixerit mulier de viro, quòd nõ possit coire cum eo, si potest probare per iustum iudicium quòd verum sit, accipiat alium: si autem ille aliam acceperit, separentur.

Ex epist.
Greg. ad
Ioannem
Rauēna-
tem epi-
scopum.

De eadem re. Cap. XLI.

Si qua mulier se proclamauerit, quòd vir suus nunquam cum ea coisset, exeant inde ad crucem: & si verum fuerit, separentur, & illa faciat quòd vult.

Ex cõcil.
apud ver-
meriã tẽ-
poribus
Pipini re-
gis, c. 17.

De eadem re. Cap. XLII.

Si quis accepit vxorem, & habuit ipsam aliquo tempore, & ipsa femina dicit, quòd non coisset cū ea, & ille vir dicit, quòd sic fecit, in veritate viri consistat: quia vir caput est mulieris.

Ex cõcil.
apud Cõ-
pendium,
cap. 20.

De eadem re. Cap. XLIII.

Si frater si duxerit vxorem concubere cum ea non valens, & frater eius clanculo eam vitiauerit, & grauidam

Ex cõcil.
Triburi,
cap. 3.